iuda. et ossa principū eius: et ossa sa
cerdotū et ossa prophetarum. et ossa eorum
qui habitaverunt ierlm de sepulchris
suis et pandent ea ad solem et lunam.
et omnem militiā celi. quā dilexerunt
et quibus servierunt. post que ambu
laverunt. et q̄ quesierunt. et adoraverunt.
Non colligentur. et nō sepelientur. In sterqui
linium sup faciem terre erunt. et eli
gent magis mortem q̄m vitam: Omnes
qui residui fuerint de cognatione hac
pessima in universis locis que derelicta
sūt ad que eieci eos. dicit dn̄s exercituū.
Et dices ad eos. Hec dicit dn̄s. Nūquid
qui cadet. nō resurget. et qui aversus ē
nō revertetur? Quare ergo aversus ē po
pulus iste ierlm aversione contentiosa?
Apprehenderunt mendacium: et noluerunt
reverti. Attendi et auscultavi. Nemo
qd bonum ē loquitur. nullus ē qui
agat penitentiam sup peccō suo: dicens. Quid
feci? Omnes conversi sunt ad cursū suū:
qsi equus impetu vadens in prelio. Mil
vus in celo cognovit tempus suum
turtur et hirundo. et ciconia custodierunt
tps adventus sui. Populus autem
meus nō cognovit iudicium dn̄i. Quomō
dicitis sapientes nos sumus. et lex
dn̄i nobiscum ē? Vere mendaciū operatus
ē stilus mendax scribarum. confusi sunt
sapientes. perterriti et capti sunt. Ver
bum ē dn̄i proiecerunt. et sapientia nulla
ē in eis. Propterea dabo mulieres eorum
exteris. agros eorum heredibus: quia
a minimo usqz ad maximum oēs ava
ritiam sequuntur. A propheta usqz ad sacerdo
tem cuncti faciunt mendacium: et sa
nabant contritionē filie populi mei ad ig
nominiā dicentes. Pax pax. cum nō esset
pax. Confusi sunt qz abhominationē
fecerunt. Quin immo confusione nō sunt
confusi: et erubescere nescierunt. Ideo
cadent inter corruentes: in tempore visitatio
nis sue corruent. dicit dn̄s. Congregans
congregabo eos. ait dn̄s. Non ē uva
in vitibus: et nō sunt ficus in ficulnea.
foliū defluxit. et dedi eis q̄ pretergressa
sunt. Quare sedemus? Convenite et in
grediamur civitatē munitā. et
sileamus ibi: quia dn̄s nr̄ silere
nos fecit. et potum dedit nob aqm
fellis. Peccavimus ē dn̄o. expecta
vimus pacem. et nō erat bonū: Tps
medele. et ecce formido. A dan audi
tus ē fremitus equorū eius: a voce
hinnituū pugnatorū eius. commota
ē omnis terra. et venerunt et devora
verunt terram. et plenitudinem
eius: urbem et habitatores eius. Quia
ecce ego mittā vob serpentes regulos
quibz nō ē incantatio: et mordebūt
vos ait dn̄s. Dolor meus sup dolorem:
in me cor meū merēs. Ecce vox cla
moris filie populi mei de tra longinqua.
Nūquid dn̄s nō ē in syon. aut rex eius
non ē in ea? Quare ergo me ad iracū
diam concitaverunt in sculptilibus su
is. et in vanitatibz alienis? Trāsiit
messis. finita ē estas: et nos salvati
nō sumus. Sup contritione filie populi mei
contritus sum. et contristatus. stupor
obtinuit me. Nūquid resina nō est
in galaad. aut medicus nō ē ibi? Qua
re igitur nō ē obducta cicatrix filie po
puli mei?

VIIII

Quis dabit capiti meo aquam. et ocu
lis meis fontē lacrimarū. et plora
bo die et nocte interfectos filie populi mei?
Quis dabit me in solitudinem diu
sorium viatorum. et derelinquam populū me
um. et recedam ab eis: Quia oēs adul
teri sūt. cetus prevaricatorū. Et extende
runt linguam suā quasi arcū men
dacii: et non veritatis. Confortati sūt
in terram qz de malo ad malū egressi sūt:
et me nō cognoverunt dicit dn̄s. Unus
quisqz a proximo suo se custodiat. et
in omni frē suo nō habeat fiduciam: Quia
omnis frater supplantans subplantabit.
et omnis amicus fraudulenter incedet.
et vir fratrem suū deridebit. et veritatem
nō loquntur. Docuerunt enim linguā suam
loqui mendaciū. ut inique agerent labo
raverunt. Habitatio tua in medio doli.
in dolo renuerunt scire me. dicit dn̄s.
Propterea hec dicit dn̄s exercituum.

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 8) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15737)